

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia g
cum fonte primo

Vbicumque accesserit sapiens, ubique
ciuis est, ubique sua intelligit,
nusquam se peregrinum, nusquam
hospitem se iudicat.

Ambrosius ibidem (epistola XXXVI. ad
Constancium).

Nam si hodie
quocumque accesserit sapiens, ubique
civis est, ubique sua intellegit,
nusquam se peregrinum, nusquam
hospitem iudicat, quanto magis ille
primus homo totius erat mundi incola et
ut Graeci dicunt, *χοσμοπολίτης*, opus dei
recens, confabulator adsiduus, ‘civis
sanctorum’, conplantatus virtutibus,
praepositus omnibus terrenis
animantibus, marinis, volatilibus, totum
mundum suam possessionem putabat,
quem dominus tuebatur ut opus suum
neque ut bonus parens adque auctor
deserebat.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistolae*, 34,
16 (CSEL 82.1, O. Faller ed., p.237,
ll.107-116).